

Prot. N.4893/69

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE
SEU DE PROPAGANDA FIDE

BEATISSIME PATER

Ordinarius dioecesis SCIAMCHIAMENSIS, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter petit facultatem suo in territorio permittendi ut, iuxta normas novae Instructionis "FIDEI CUSTOS" de Ministris Extraordinariis S. Communionis Eucharisticae administrandae, die 30 aprilis 1969 editae et Praesidibus Conferentiarum Episcopaliū iam communicatae, absente ministro ordinario vel impedito, personae, quae in ipsa Instructione idoneae declarantur et, ab Ordinario designatae, secundum ritum deputantur, S. Communionem distribuere valeant atque etiam aegrotis deferre.

Et Deus....

Sacra Congregatio de Propaganda Fide, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro PAULO Prov. Div. Papa VI tributarum, attentis expositis, benigne adnuit pro gratia iuxta preces.

Praesentibus ad triennium valituris.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis, die 20 mensis augusti a. D. 1969.

(L.S.)

Eduardus Pecoraio
Subsecr.

Documentum originale in cartella Sacrae Congregationis de Propaganda Fide,
in Archivo Curiae, sub anno 1969.

1969年8月20日徐誠斌主教向教廷申請在香港教區可准許特定送聖體員為病人送聖體